

bus Dietis, dummodo ultra tres Dietas quis vigore earumdem presentium ad iudicium non trahatur, ac Calisti III. Romanorum Pontificum, similiter Prædecessorum Nostrorum, quæ incipit super Gregem Dominicum, per quas Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum huiusmodi ad Ordines Mendicantium transire prohibentur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis Personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, & Sedem prædictam etiam Motu scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, declarativis, attestativis, & derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse quod illis nullatenus derogari possit pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possit per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, sanctionis, voluntatis, declarationis, concessionis, indulti, elargitionis, decreti, ac derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majori anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. Septimo Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXI.

Confirmatur, & innovatur erectio Ecclesiæ Setinæ, in Cathedrali, ejuſdemque unio cum Ecclesiâ Terracinenſi,

Const. ed. 1725. Jun. 23. P. 2. erectum fuit Oppidum Montis Curvi in Civitatem ejuſque Collegiata in Cathedrali. Et Const. ed. 1728. Novemb. 15. P. 5. erigitur Terra Fubriani in Civitatem ejuſque Collegiata S. Venantii in Cathedrali.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici vices quamquam immeriti gerentes in terris inter cætera cordis nostri

Sanctio penal.

Dat. 16 Jul. 1725. An. 2.

Procurator.

desiderabilia, illud sinceris semper exoptamus affectibus, ut Personæ Ecclesiasticæ præsertim, Capitulis Cathedralium Ecclesiarum addictæ, Divinisque obsequiis famulantes vota sua in pacis amoenitate altissimo reddant, ac unanimes, & uno ore Deum glorificent. Quapropter si quæ pro litibus, & controversiis inter eas superfeminante zizania humani generis hoste exortis evellendis, pœnitentibus extirpandis alias concessimus, & indulgimus, illa ne in recidivæ contentiois vitium denuo prolabantur Apostolicæ nostræ confirmationis, declarationis, ac novæ concessionis munimine roboramus, ac alias desuper Pastoralis officii nostri partes, quantum nobis Divina dispositione conceditur sedulo impendimus, ut personæ ipsæ Ecclesiasticæ in pacis, & quietis dulcedine tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere valeant famulatum.

§.1. Cum itaque Nos nuper per alias nostras literas sub Datum videlicet Laterani Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto Tertio Kalen. Maji Pontificatus nostri anno Primo expeditas Motu proprio nostro inter cætera declaraverimus Ecclesiam Setinam Cathedrali extitisset, tam antequam eadem Ecclesia Setina a se. re. Honorio Papa III. Prædecessore nostro unita fuisset Ecclesiæ Terracinenſi, quam postquam eadem Ecclesia Setina a prædicto Honorio Prædecessore eadem Ecclesiæ Terracinenſi unita fuerat, ac demum etiam si prædicta Ecclesia Setina nunquam Cathedralis extitisset, nihilominus eandem Ecclesiam Setinam de novo in Cathedrali erexerimus, eamque dictæ Ecclesiæ Terracinenſi æque principaliter perpetuo univimus, prout latius dictis literis continetur.

§.2. Cumque ex nonnullis supplicibus libellis Nobis porrectis nuper acceperimus modernos Capitulum, & Canonicos prædictæ Ecclesiæ Terracinenſis, alioque eis adhaerentes indebitè prætere literas prædictas de subreptionis, vel obreptionis vitio notari posse ex eo, quia prædicta Ecclesia Setina, ut ipsi afferunt nunquam Cathedralis extiterit, & in prædictis literis indebitè expressum fuerit, quod pro tempore existentes Episcopi in eadem Ecclesia Setina plerumque sacra olea conficere, aliasque functiones Episcopales exercere confueverint, ac nonnulla alia a Ven. Fratrem nostro moderno Episcopo Terracinenſi, & Setin. Nobis exposita viribus non subsistere, necnon omisum fuerit in prædictis literis etiam modernos, seu tunc existentes Capitulum, & Canonicos Seculares in insigni Collegiata Ecclesia Beatæ Mariæ Oppidi Civitatis nuncupati Piperni, liti, quæ in Causarum Palatii nostri Apostolici Auditorio pendebat inter Capitulum, & Canonicos Ecclesiarum Terracinenſis, & Setinæ per nos in eisdem literis extinctæ interfuisse, & adheſiſſe.

§.3. Nos inviolabili dictarum literarum subsistentiæ, firmitati, & validitati, quantum in Domino possumus consulere, ac literas prædictas sic, ut præfertur expeditas suum plenarium effectum obtinere, ac perpetuis futuris temporibus ab omnibus, & singulis personis tam Ecclesiasticis, quam Secularibus observari debere, ac nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio notari posse, volentes, motu simili, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudinæ, meraque deliberatione, nostris

Ab hoc Pontifice declaratum fuit Ecclesiam Setinam esse Cathedrali & Ecclesiæ Terracinenſi unitam.

Causæ præsentis confirmationis.

Confirmatio erectionis d. Ecclesiæ in Cathedrali & uniois Ecclesiæ Terracinenſi, cum nonnullis declarationibus.

nostris firmis, & illis remanentibus avocatione causæ, extinctione litis, impositione silentii, gratiis, Indultis, Concessionibus, clausulis, & Decretis, omnibusque aliis, & singulis in dictis literis contentis, & expressis, ac quatenus opus sit, etiam de novo imponentes, literas prædictas sic ut præfertur expeditas, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, omnesque, & singulos tam Juris, quam facti, ac quosvis alios, quantumvis substantiales defectus, etiam ex aliqua erronea expressione provenientes, si qui in præmissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censei, vel pretendi possit tollimus, & abrogamus, ac supplemus, & sanamus, & eisdem modernis Capitulo, & Canonicis, ac personis quibuscumque, etiam Secularibus Ecclesiæ, & respective Civitatis, & Diocesis Terracinenſis huiusmodi, ac quibuslibet aliis personis cujuscumque alterius Civitatis loci, vel Diocesis etiam Ecclesiasticis, vel secularibus, perpetuum super præmissis, & infra scriptis omnibus silentium pariter imponimus, & pro majori tam prædictarum, quam presentium literarum nostrarum validitate, & subsistentia, dicimus, decernimus, & respective declaramus nostræ mentis, & intentionis fuisse declarare dictam Ecclesiam Setinam a prædicto Honorio Prædecessore unitam extitisse æque principali prædictæ Ecclesiæ Terracinenſi ob alias causas a prædicto Moderno Episcopo Terracinenſi. Nobis expressas nullo habito respectu ad unam, duas, vel plures functiones Sacrorum Oleorum in dicta Ecclesia Setina factas, aut ad unum, vel plura Sepulcra Episcoporum, quæ in eadem Ecclesia Setina reperiantur, in quorum aliquo aderat inscriptio, Episcoporum Terracinenſis, & Setinæ, aut quod ibidem Episcopi nunquam Olea Sacra confecerint.

Causæ prædictæ erectionis.

§.4. Denique certam notitiam habentes quod Episcopi Terracinenſes pro tempore existentes ob aeris insalubritatem Civitatis Terracinenſis apud eam aliquibus tantum Mensibus Hyemalibus residere possunt, ibique nec decens Palatium Episcopale, nec Carceres, nec Tribunal, minusque Seminarium reperitur, & eadem Civitas Terracinenſis vix ad bis mille animas ascendit; quapropter Episcopi ab antiquissimo tempore in Civitate Setina remunerunt Curiam, Cancellariam Episcopalem, Tribunal, Carceres, Cathedrali fixam, quamvis ligneam, decens Palatium & Seminarium, & ab antiquissimo etiam tempore majori anni parte in Civitate Setinæ, quæ septem millibus circiter animabus constat residentiam habuerunt, ac sedulo considerantes, quod pro tempore existentes Episcopi cum majori decore, & commodo, etiam ob aeris salubritatem in prædicta Civitate Setinæ residere possunt, aliisque, etiam de causis, Nobis, ut præfertur notis, & animum nostrum moventibus, motu simili, nulla alia Causa, aut expressione, seu consideratione habita ex nostra plena, libera, & omnimoda Apostolica auctoritate tenore presentium eandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Setinæ, etiam nunquam Cathedrali extiterit, & etiam si de dicta unione

Novæ erectio Cathedrali Setinæ, ejuſque unio illi Terracinenſi.

facta a dicto Honorio Prædecessore non constet, quatenus opus sit, in Cathedrali n. de novo erigimus, prædictæque Ecclesiæ Terracinenſi æque principali etiam perpetuo unimus.

§.5. Ac erectionem, & unionem prædictas sic de novo, etiam vigore earumdem presentium a Nobis, ut præfertur, factas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces esse, & fore, & nihil in posterum contra prædictas, ac præsentibus nostras literas quovis modo, & ex quavis causa opponi posse, motu pari, etiam decernimus, & declaramus, præsentibus quoque, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque Capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, & juridica etiam ex eo, quod iidem Moderni, Capitulum, & Canonici dictæ Ecclesiæ Terracinenſi, aut alterius cujuscumque Ecclesiæ seu quicumque alii, cujuscumque dignitatis, gradus, conditionis, & præminentiæ sint, in præmissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione jus, vel interesse habentes, seu habere pretendentes illis non conferantur; aut ad id vocati, & auditi, & cause propter quas eadem præsentibus emanarint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, & substantiali inexcogitato, & inexcogitabili, ac speculicam, & individuum mentionem, & expressiorem requirente defectu, sive etiam ex eo quod in præmissis, eorumque alio solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, a Jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormillimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, pretextu, ratione, vel causa, etiam in corpore Juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, que ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, & aliis superius expressis, nullibi appareret, seu alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quocumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu simili concessio, vel impetrato, aut emanato, uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas præsentibus literas sub quibusvis similibus, gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam prædictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam si in eisdem presentibus, earumque toto tenore, ac data, speciali men-

Clausula peculiaris.

C

tio

Casinenfis jurisdictionem quasi Episcopalem confirmavit.

Pontifices pro tempore Religionis incremento, & decore facta fuisse noscuntur, libenter approbat, eisque Apostolici muniminis robur adjicit, illaque de novo concedit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monasterii in Monte Casino, Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinenfis, nullius Diocesis, exhibita nobis petitio continebat, quod dictum Monasterium per diversos Romanos Pontifices Prædecessores nostros multis, & variis gratiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, & indultis cumulatum, & decoratum fuit, illiusque Abbas pro tempore existens nemini subest, sed omnimodam jurisdictionem Episcopalem, ac proprium Territorium, ac jus congregandi Synodum habeat, prout illam congregasse, & in ea Examinatores elegisse, ac posse concursum instituere, examinare, approbare: Economos deputare, necnon Sacramentum Chriftianitatis contulisse, & commissiones gratiarum, Apostolicarum debite executioni demandasse constat, juxta declarationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Eccl. Cardinalium, Concilio Tridentino interpretando Prædictorum, desuper factam. Cum autem ea, quibus dictæ Sedis intercedit auctoritas melius observentur, ac proinde, sicut eadem petitio subjungebat, ipse Abbas, & Conventus cupiant præmissa omnia, dictæ Sedis patrocinio communitari: pro parte eorundem Abbatis, & Conventus Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eorum desiderio in præmissis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Abbatem, & singulares personas Conventus hujusmodi a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; necnon tenores omnium, & singulorum privilegiorum prædictorum, præsentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati; omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, facultates, & indulta præsertim conferendi Sacramentum Chriftianitatis, dummodo illud sit prius per Catholicum Antistitem, gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, consecratum, Concursum pro conferendis Beneficiis Ecclesiasticis curatis in mensibus Apostolicis faciendi, ac Commissiones gratiarum, tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales concernentes, Abbatem Monasterii Casinenfis præsentem, sive suo Vicario generali pro tempore directarum, debite executioni demandandi, aliaque desuper necessaria, & opportuna faciendi, juxta decreta dicti Concilii, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus; illisque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus. Nec non pro potiori cautela, moderno, & pro tempore existenti Abbati dicti Monasterii, vel suo Generali Vicario, ut cum Parochiales Ecclesie, jurisdictionis dicti Monasterii vacare contigerit, concursum instituere, examinare, approbare, & magis idoneos eligere, & Ecce-

Confirmatio præd. privilegiorum quorundam, quæ jurisdictionem Episcopalem solvantur.

lias hujusmodi legitime conferre; ac in mensibus nostris, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum collationi reservatis, personas in concursu electas, Nobis, & dictæ Sedi pro collatione obtinenda significare, necnon Sacramentum Chriftianitatis, dummodo illud prius sit per Antistitem prædictum consecratum, ut præfertur, conferre, ac quascumque Literas Apostolicas, tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales personarum dictæ jurisdictionis, concernentes, sibi tamen, & nulli alteri dirigendas, debite executioni demandare libere, & licite valeat, juxta decreta ejusdem Concilii, dicta auctoritate, tenore præsentium concedimus.

§.3. Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis specialis mentio habenda foret, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, supplementationis, concessionis, Decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Decimo Kalen. Martii Pontificat. nostri Anno V.

Clausula:

§.4. Ac ejusmodi jurisdictionis quasi Episcopalis intuitu recol. mem. Urbani Papa VIII. Prædecessor etiam noster decrevit, & statuit, ut quæcumque Literæ Apostolicæ gratiam, vel justitiam concernentes, & aliæ consimiles expeditiones ab Officialibus, ac Administris Pontificiis dirigi semper deberent Abbati pro tempore existenti prædicti Monasterii Casinenfis, sive ejus Vicario in spiritualibus generali, & non alteri, prout in ejusdem Urbani Prædecessoris literis in forma Brevis expeditis uberius continetur, quorum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Epitome seq. Const. Urbani VIII.

§.5. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius Abbas Monasterii Casinenfis, nullius Diocesis Provincia Capuanæ Ordinis Sancti Benedicti, quod alias felic. rec. Sixto Papæ V. Prædecessori nostro pro parte tunc existenti Abbatis, & Conventus Monasterii hujusmodi expositum fuit quod dictum Monasterium per diversos Romanos Pontifices etiam nostros, tunc suos Prædecessores multis, & variis gratiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, & indultis cumulatum, & decoratum fuerat, illiusque Abbas pro tempore existens nemini suberat, sed omnimodam jurisdictionem Episcopalem, ac proprium Territorium, & jus congregandi Synodum habeat, prout illam congregasse, & in ea Examinatores elegisse, ac posse concursum instituere, examinare, approbare, Econo-

Constit. præd. Urbani VIII. qua statuitur ut liter. Apostolicæ Abbati Monasterii præd. dirigi deberent.

Adscribitur forma allate Constitution. Sixti V.

nomos deputare, necnon Sacramentum Chriftianitatis contulisse, ac commissiones gratiarum, Apostolicarum executioni demandasse constat; juxta declarationem tunc existentium Sanctæ Romanæ Eccl. Cardinalium Concilio Tridentino interpretando Prædictorum desuper factam; idem Sixtus Prædecessor supplicationibus Abbatis, & Conventus prædictorum inclinatus, omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, facultates, & indulta, præsertim conferendi Sacramentum Chriftianitatis, dummodo illud foret prius per Catholicum Antistitem gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentem consecratum; Concursum pro conferendis Beneficiis Ecclesiasticis Curatis in Mensibus Apostolicis faciendi, ac Commissiones gratiarum Apostolicarum tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales concernentes Abbati Monasterii Casinen. prædicti, sive suo Vicario generali pro tempore directarum, debite executioni demandandi, aliaque desuper necessaria, & opportuna faciendi juxta Decreta dicti Concilii approbavit, & confirmavit. Necnon pro potiori cautela, tunc, & pro tempore existenti Abbati dicti Monasterii vel suo Generali Vicario, ut cum Parochialis Ecclesie jurisdictionis dicti Monasterii vacatio contingeret, concursum instituere, examinare, approbare, & magis idoneos eligere, ac Ecclesiam hujusmodi legitime conferre, & in Mensibus Romanorum Pontificum collationi reservatis personas in Concursu electas Romano Pontifici, & Sedi prædictæ pro collatione obtinenda significare, necnon Sacramentum Chriftianitatis, dummodo illud prius sit per Antistitem prædictum consecratum, ut præfertur, conferre; ac quascumque Literas Apostolicas, tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad Matrimoniales dispensationes personarum dictæ jurisdictionis concernentes, sibi tamen, & nulli alteri dirigendas debite executioni demandare libere, & licite valerent juxta Decreta dicti Concilii concessit; Decernentes irritum, & inane ex tunc, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, & alias prout in ejusdem Sixti Prædecessoris Literis, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, dicitur uberius contineri.

Causa præd. Status.

§.6. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, juxta Literarum hujusmodi tenorem, fuerint retroactis temporibus Commissiones gratiarum Apostolicarum prædictarum Abbati dicti Monasterii, seu Vicario generali a Dataria, Secretaria Brevium, Cancellaria, Pœnitentiarum, & Camera Apostolicæ nostrarum Officialibus directæ, & illæ, quæ propter Subditorum jurisdictioni dicti Monasterii, vel expeditionum similibus gratiarum ignorantiam, a dictis Officialibus prædictæ jurisdictionis ignavis, interdum directæ fuerunt Episcopis vicinioribus correctæ fuerint, & Abbati, seu ejus Vicario hujusmodi directæ, non absque tamen Abbatis, & Conventus prædictorum incommodo, quos de titulo, ejusque observantia docere, ac Subditorum prædictorum dispendio, quos novas propterea expeditiones solvere oportuerit. Quare ut similia incommoda, & dispendia in posterum evitentur, Nobis Abbas prædictus humiliter supplicavit, & desuper opportune provi-

Statutum præd. circa direct. literar. Apoll. Abbati præd. factum.

dere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Abbatem prædictum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; ac prædictarum Sixti Prædecessoris Literarum tenorem præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dilectis Filiis Magistro Egidio Ursino de Vivariis, ac Marco Aurelio Maraldo nunc, & pro tempore existentibus nostris, & Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum Dataris, & Brevium nostrorum Secretorum Secretariis, nec non Cancellariam Apostolicam Regentibus, ac omnibus, & singulis aliis Datarie, Secretarie Brevium prædictorum, Cancellarie, Pœnitentiarum, & Camera Apostolicæ nostrarum Officialibus, ceterisque ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum pro potiori cautela, & in executionem dictarum Sixti Prædecessoris Literarum, districte præcipiendo mandamus, ut ipsi posthac quascumque tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad Dispensationes Matrimoniales concernentes, etiam in forma Brevis, ac in forma significavit, & Collationum Beneficiorum in forma dignum, & gratiosam, ac Commissionum si in evidentem respective nuncupatarum, & absolutionum, aliarumque similibus gratiarum Literas Apostolicas, personarum, infra scriptorum locorum, videlicet Civitatis S. Germani, Casalis S. Basilii de Chaira, necnon S. Elie, S. Victoris, S. Petri in fine, S. Apollinaris, S. Andreæ, S. Ambrosii, S. Georgii, Sancti Petri in Curulis, S. Angeli in Theodice, Sancti Salvatoris de Cucuratio, S. Petri de Avellana respective nuncupatarum, ac Vallis rotundæ, Bellimontis, Cerbarii, Teroculi, Rocche Euandri, Pignatarii, Vallis Frigidæ, Castri Novi, Pescularum prope Iserniam, Vallis Regiæ, Civitellæ, Pesculi Constantii, Serræ Monacesche, Faræ Filiorum Petri, & Citrarii Castrorum, seu Terrarum, quæ ut dictus, ut supra, Abbas asserit, ejus, & prædicti Monasterii Casinenfis jurisdictionis, ac Diocesis existunt, eidem moderno, & pro tempore existenti Monasterii hujusmodi Abbati, sive ejus Vicario in spiritualibus generali, & non alteri dirigant.

Clausula:

§.7. Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, & in Conciliis universalibus, Provincialibus, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis

tio fiat pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehendit, sed tanquam ad majores bonum tendentes, semper, & omnino ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quodcumque eligenda concessas esse, & fore; Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice Legatos, dictaque Sedis Nuncios, & alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prerogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & praerogativa fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quocumque iudicio, & in quacumque Instantia iudicari, & definiti debere, & si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane, pariter decernimus.

Derogatio anula.

§.6. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quasto non tollendo, alisque in contrarium praemissorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodaliibus, Provincialibus, universalibusque Conciliis, specialibus, vel generalibus aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praedictorum Terracinenfis, & Setinae, aliorumque Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, styli, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque, etiam specificis, expressis, & individua mentione dignis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, alisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium praemissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur expresse quod illis per quacumque litteras Apostolicas, etiam motu simili pro tempore concessas quacumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes derogari non possit, neque censatur eis derogari. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut quacumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & causas, etiam quantumvis praegnantibus, piis, & privilegiatis, praesentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, expressis, & specificatis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum omnium, & singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat, latissime, & plenissime, ac sufficienter, necnon speciali, & expresse, motu, scientia, &

potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio penal.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae extinctionis, avocationis, approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis defectuum abrogationis, suppletionis, sanationis, silentii, impositionis, Decreti, declarationis, erectionis, unionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto Decimo Septimo Kalendas Augusti Pontificatus nostri Anno Secundo.

LXXXII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopi, & Reg. pro perpetua pace in Provincia Polona Carmelitarum servanda.

Dat. 21. Julii 1725. Ann. 2.

Alia Const. ed. 1724. Jul. 27. P. 1. confirmatum fuit Decretum Congregationis Disciplina Super reformatione in duobus Conventibus Carmelitarum in Regno Siciliae.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita in Causa Polona praetense Concordiae inter Dilectos Filios Fratres Antiquae Observantiae ex una, & Fratres Reformatos Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo ex altera partibus, vertente de, & super validitate dictae assertae Concordiae, occasione Capituli Provincialis in Civitate Cracoviensi die 23 Junii 1713. celebrati Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Expositio facti.

§. 1. In Causa Polona praetense Concordiae vertente inter Patres Carmelitas Antiquae Observantiae ex una, & Patres assertos Reformatos ejusdem Ordinis, & Provincia Polona ex altera partibus, de, & super validitate, seu invaliditate dictae assertae Concordiae, inter ipsos Patres firmata, occasione Capituli Provincialis in Civitate Cracoviensi celebrati sub die 23 Junii 1713. & ex quo pro illius confirmatione, & executione die 24. Septemb. 1719. sub falsa narrativa, & expositione Breve a Sa. M. Clemente XI. subreptive, & obreptive fuerit extortum, & usque aliis non bene compositis. Commissa igitur cognitione hujusmodi Causae, ac illius finali decisione ex speciali Commissione manus Sanctissimi signata, ad hanc S. Congregationem praeposita fuerunt infrascripta dubia, nempe.

Decretum p. 2.

§. 2. An intret arbitrium pro asseritionis Oris, & quatenus affirmative. An Breve Clementinum sit exequendum in casu &c. S. Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, Juribus hinc inde distributis, mature perpensis, partibus auditis, & in-

Dubia praefate Congregationis praeposita, & ejusque responsa.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Quod inscrutabilis Divinae Sapientiae, atque bonitatis altitudo humilitati nostrae, meritis licet, ac viribus longe impari, committere dignata est, Sacrosancti Apostolatus Officium a Nobis exigit, ut omnium quidem Ordinum Regularium, quorum in numero Nos ipsi jam dudum Sacrum Praedicatorum Institutum professi fuimus, paternam geramus curam, sed eos potissimum Pontificia dilectionis brachiis complectamur, foveamus, & tradite nobis caelitus auctoritatis praesidio tueamur, unde uberes, atque suaves in Militantem Ecclesiam fructus jugiter profluxisse, quotidieque profluere, compertum est. Hos inter praecipuos sane locus jure debetur Ordini, quem magnus ille Occidentalium Monachorum Parens, Catholicaeque Ecclesiae lumen splendidissimum Benedictus instituit, & per Alumnos suos a Mari usque ad Mare, & usque ad terminos Orbis terrarum mirifice propagavit. Cujus quidem Sacri, & Religiosissimi Ordinis professores quam eximio universam Ecclesiam cunctarum Christianarum virtutum fulgore illustraverunt, quamque praclare de Orthodoxa Religione, deque hac ipsa Sancta Sede omni tempore meriti fuerint, illustria Romanorum Pontificum Praedecessorum, Nostrorum praerogativa, & monumenta testantur. Quamobrem, & charitatis stimulo urgemur, & justitiae lege compellimur praedicti Ordinis, & Congregationis praesertim Casinensis, ac Monasteriorum illi subsectorum felicem, prosperumque statum omni cura, & vigilantia provehere, eorumque bona, jura, & privilegia quaecumque facta testata, & illibata custodire, ac iis etiam quae pro illorum indemnitate, & quiete recte, ac provide constituta fuisse comperimus, ut firmius subsistant, & perpetuis futuris temporibus observentur exactius Apostolicae confirmationis robur, atque munimen adjicere, quatenus eorumdem Cenobiorum Monachi nulla re, quae eos a religioso proposito, divinoque cultu avocet, praedicti, secundum regularia praefati Ordinis instituta, tranquillis mentibus, gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Exordium a cura Ordinis Regularium.

Praerogativa Ordinis S. Benedicti.

§. 1. Expositum siquidem nobis nuper fuit pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis antedictae Congregationis Casinensis, quod licet Ecclesia Abbatis Sacri, & celeberrimi Monasterii a Sancto Benedicto in Monte Casino fundati in Provincia Romana ab antiquissimo, ac immemorabili tempore Cathedralis, vel quasi denominatione, & praerogativa gavisus sit, ejusdemque Monasterii Abbas pro tempore existens in ea, & aliis finitimis Ecclesiis, & Locis jurisdictionem Episcopalem, vel quasi exercere consueverit: Quam sane jurisdictionem fel. rec. Sixtus Papa V., Praedecessor noster praeter ceteris amplissime confirmavit per suas litteras Apostolicas sub Plumbo expeditas tenoris sequentis videlicet.

Ecclesia Abbatis Monasterii Casinensis praerogativa Cathedralis gavisus, & ab immemorabili eius Abbas jurisdictionem quasi Episcopali.

§. 3. Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Benignitas Apostolicae Sedis consueta, ea, quae per Romanos

Constitutio praedicta Sixti V., qua praefatum Abbatem Monasterii

formantibus, referente Eminentiss. Francisco Card. Barberino Ponente. Ad primum affirmative, Ad secundum negative respondit. Romae 22. Jun. 1725. F. Cardinal. Paulatus. Loco * sigilli. P. A. Archiep. Larissa Secr.

Preces eorumdem Frat.

§. 3. Cum autem, sicut dicti Fratres antiquae Observantiae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communitur summopere desiderant, Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolute fore censentes supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentum, auctoritate Apostolica, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, Salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§. 4. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore expectabit inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscator. die XXI. Julii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXIII.

Confirmantur Litterae Apostolicae Sixti V., Urbani VIII., & Innocentii XI., necnon Decretum Judicum querelarum, & controversiarum Sacri Concilii Romani in favorem Abbatis Ecclesiae, & Abbatis Montis Casini Ord. S. Benedicti.

Dat. 4. Aug. 1725. Ann. 2.

Laudatae Constitutiones hic insertae edite sunt; illa Sixti V. 1586. Februarii. 28. P. 5., Urbani VIII. 1639. Maji 30. P. 16., Innocentii XI. 1687. Mart. 22. P. 11.

nitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Maji MDCXXXIX. Pontificatus Nostri Anno XVI.

§.8. Nihilominus Capitulum, & Canonici Collegiatae Ecclesiae Oppidi, seu Civitatis Sancti Germani antedictam Abbatialem Ecclesiam Montis Casini antiquis suis prerogativis exuere, atque spoliare contententes, illique, ut Cathedrali, vel quasi subesse detrectantes, an. 1676. hoc, & alia dubia proponi curarunt in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, quae iisdem dubiis ad Rotam Nostre Romanae Auditorium pro Voto remissis, ibique diu accurate discussis, & ad favorem Abbatialis Ecclesiae resolutis, anno tandem 1681. Ecclesiam Collegiatam S. Germani esse subiectam Ecclesiae Abbatiali Montis Casini, eidemque Ecclesiae S. Germani, ac illius Capitulo, & Canonici super praemissis dubiis, & controversis imponendum fore, & esse perpetuum silentium censuit, & declaravit. Decretum vero a praedicta Congregatione desuper editum subinde a pie me. Innocentio Papa XI. Praedecessore itidem nostro approbatum, confirmatumque fuit per suas literas Apostolicas in forma Brevis tenoris sequentis videlicet:

§.9. Innocentius Papa XI. Ad futuram rei memoriam. Alias in causa jurisdictionis, quae inter dilectos filios Abbatem, & Monachos Monasterii Montis Casini Ord. S. Benedicti ex una, & dilectos etiam filios Capitulum, & Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Germani ex altera partibus pendebat indecisa, emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita Decretum tenoris, quisequitur, videlicet: In causa Montis Casini Jurisdictionis vertente inter Patrem Abbatem, & Monachos Montis Casini ex una; & Capitulum, & Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Germani partibus ex altera de, & super dubiis, & controversiis per hanc S. Congregationem Eminensissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositam, partibus hinc inde in factis, & in iure informantibus, sub die 12. Martii 1676. referente Eminensissimo Castaldo, remissis ad Sacrum Auditorium Rotae pro ejus Voto, eadem Sac. Congregatio visis tribus Decisionibus per S. Rotam, utraque parte informante, coram R. P. D. Albergato editis sub diebus 30. Aprilis 1677., 14. Aprilis 1679., & 27. Januarii 1681., visisque ejusdem Sac. Rotae Voto registrato in calce ultima Decisionis emanatae, omnibus Auditoribus votantibus, reque mature discussa, necnon pluries citato, & intimato Procuratore Capitali, & Canonico S. Germani, referente Eminensissimo Casanate in locum Eminensissimi Castaldi absentis subrogato, censuit, & declaravit Ecclesiam Collegiatam S. Germani esse subiectam Ecclesiae Abbatiali Montis Casini, eidemque Ecclesiae S. Germani, illiusque Capitulo, et Canonici super praemissis dubiis, et controversis imponendum fore, et esse perpetuum silentium, prout praesentis Decreti imponit. Romae 14. Novem. 1681.

Narrantur Controversiae hac super re, exortae inter Collegiatam Eccl. S. Germani, & Abbatialem praedictam.

Constitutio Innoc. XI. qua Decr. Congr. Episc. & Reg. praedict. controversiarum causa in favorem Abbatialis Eccl. Editum confirmatur.

Decretum praedictum.

G. Card. Carpineus = Loco & sigilli = B. Panciatius Secretar.

§.10. Cum autem sicut dilectus Filius Procurator Generalis Congregationis Casinensis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter substat, Apostolicae Confirmationis nostrae robore communiti plurimum desideret; Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adscribimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

§.11. Decernentes eadem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.12. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Martii MDCLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

§.12. Verum Decisionibus Rotalibus, Decreto Congregationis, ejusque confirmationi Apostolicae hujusmodi minime acquiescentes praedicti Capitulum, & Canonici, necnon quidam alii turbolenti incolae Sancti Germani, Cleri, & Populi nomine, rursus, & quidem acriter instaurandam susceperunt in diebus nostris rejectam petitionem; nam occasione Concilii Romani, quod, benedictente Domino, proxime celebravimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus Nostri ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, necnon Venerabilibus itidem Fratribus Jo. Baptista Archiepiscopo Nisibeno, & Francisco Episcopo Elusino Judicibus querelarum, & controversiarum eiusdem Concilii, exhibuerunt, ac deinde etiam palam spargi curarunt nonnullos libellos typis impressos, pluribus refertos contumeliis, quibus enixe, summaque cum impudentia flagitabant, ut Jura quasi Episcopalia Abbati Montis Casini in Dioecesi Casinensi competentia supprimerentur, iisque ab ipso in perpetuum avulsis, Sedes Episcopalis, propriusque Episcopus in Oppido, seu Civitate, & Ecclesia Sancti Germani institueretur, vel, ut aiebant, restitueretur. Eorumdem vero libellorum examine jussu nostro a memoratis Praesilibus Judicibus deputatis diligenter peracto, & rebuscumque expositis, qua par erat, maturitate discussis, iidem Judi-

Confirmatio relati Decreti

Clausula

Exhibita deo nunc controversiis quae raturam, & controversiarum Concilii Romani; ab eis aliud in favorem ejusdem Abbatialis Eccl. Decr. emanavit.

ces suam desuper protulerunt Decretum, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet:

§.13. Cum Sacrum Casinense Monasterium Auditoris sui, & Monachorum Sanctimoniam, atque Romanorum Pontificum beneficium celebre per quosdam Oppidi Civitatis nuncupati Sancti Germani Incolas, Cleri, & Populi nomine, libellis pluribus contumeliis refertis, ac palam sparsis, & exhibitis Sanctissimo Domino Nostro occasione Sacri Concilii Romani, ac Nobis, uti Judicibus querelarum, & controversiarum in eodem Concilio, in eum suum impetum fuerit, ut supprimerentur Jura quasi Episcopalia Abbati Montis Casini, in Dioecesi Casinensi competentia, iisque perpetuo ab eodem avulsis, Sedes Episcopalis institueretur, sive ut praetendunt, restitueretur, ac proprius Episcopus in Civitate, & Ecclesia Sancti Germani crearetur: Nos Judices praedicti, mature desuper pro rei gravitate habito examine, comperimus querelas expositas contra Abbatem Casinensem, ejusque Monachos fuisse, & esse insubstantes, & contumeliosas, & tanquam tales rejiciendas, & proscribendas, perpetuumque silentium quoad Episcopatus erectionem, sive ut praetendunt, restitutionem, aliaque in eisdem libellis contenta Clero, & Populo, ac Particularibus Sancti Germani praesenti nostro Decreto imponimus, ac impostum esse volumus, prout latius in literis Apostolicis in calce hujus Concilii apponendis constabit. Romae in Ecclesia Lateranensi 18. Maij 1725. = Jo. Baptista Archiepiscopus Nisibenus Judex querelarum, & Controversiarum Sacri Concilii Romani = Franciscus Episcopus Elusinus Judex querelarum, & controversiarum Sacri Concilii Romani.

Ab hoc Pontifice animadvertum in S. Germani Incolas ob contumelias Monasterio praedictae illatas.

Laudes Monasterii Casinensis recensentur.

§.14. Post hujusmodi Decreti publicationem etiam praefati Sancti Germani Incolae ab injuria, ac plane audaci petitione destiterunt, & nos in novissima Praesynodali Congregatione eorum impudentiam palam arguere, & improbare, simulque Ordinem maxime venerabilem, & tanti nominis Monasterium digna laude prosequi non omiserimus, contumelias tamen, quibus ejusdem Monasterii Abbatem, & Monachos proscindere, eorumque existimationem, ac honorem laedere ausi fuerant, impunitas dimittebas non esse censuimus, cum res ad exemplum pertinere videretur, & oporteat, quemadmodum. Beatus Gregorius admonet, canonica ultione, quando quid tale committitur, coerceri, ne facinus, cum aliorum peccato parvitur, vires ex dissimulatione percipiat. Justitiam itaque, & curavimus, ut ejusmodi criminis participes, & conficii merita plecterentur poena ad emendationem; pari tamen congruo tempore Apostolicam lenitatem, & mansuetudinem exhibere correctis, cum, ut idem Beatus Gregorius advertit plus misericordiae, quam disciplinae Nos conveniret operam dare justitia.

§.15. Nunc autem considerantes praefatum Casinense Monasterium nullius Dioecesis Provinciae nostrae Romanae, utpote diuturno Fundatoris sui usque ad obitum incolaru, consecratum, & ab ipso promulgatione regulae, Miraculorum splendore, sique tandem Sacri Corporis deposito decoratum, & Caput Ordinis constitutum, magno semper in honore, ac pretio apud omnes, praefertim vero apud Romanos Pontifices Praedecessores nostros, qui non semel ad benedicendum Abbatem in proprio Monasterio personaliter accesserunt, eorumque exemplo Nos ipsi nuper dilecto Filio Sebastiano Gadaleta electo ejusdem

Monasterii Abbati statim in Ecclesia S. Calixti de Urbe benedictionis munus solemniter impertivimus extitisse, atque meruisse, ut ab eis conspicuis augetur beneficiis, & privilegiis, ac sub immediata Sedis Apostolicae superioritate, & patrocinio susciperetur; Ac insuper competentum habentes a Monachis ibidem degentibus omnia, quae ad eorum regularia Instituta pertinent, laudabiliter observari, sacrarum Literarum studia sedulo exerceri, divinumque in primis cultum, summa cum Religione peragi, quemadmodum propriis inspeximus oculis, dum in minoribus constituti illuc Sanctuarium adeo celebre devotionis gratia visitaturi perreximus; Et propterea eorumdem Praedecessorum Nostrorum exemplo, antedicti Monasterii Casinensis, ejusque Abbatibus, Ecclesiae, & Abbatibus pro temporis existentis prerogativas, praeminentias, & jura quaecumque inconcussa, ac inviolata perpetuis futuris temporibus servari, atque custodiri cupientes; & Procuratoris Generalis ipsius Congregationis Casinensis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati: praesentibus Sixti, Urbani, ac Innocentii Praedecessorum Nostrorum Literas Apostolicas, & in illis contenta quaecumque, necnon praesentium Judicum querelarum, & controversiarum praedicti Concilii Romani Decretum auctoritate Apostolica tenore praesentium amplissime approbamus, & confirmamus, ac ipsi perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis vim, robor, atque munimen adjicimus, illaque, & illud iis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, ac ab omnibus aliis respective perpetuis futuris temporibus inconcussa, & inviolabiliter observari debere praecipimus, decernimus, & mandamus.

§.16. Praeterea equum justumque arbitantes, ut antedictum Casinense Monasterium, ejusque Abbas, & Monachi nunc, & pro tempore existentes, ab ulterioribus in posterum libitibus, molestiis, & vexationibus penitus eximantur, eorumque statui, paci, & tranquillitati plenius, atque uberius consultum sit, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, Ecclesiam Abbatialem praefati Monasterii fuisse, & esse quasi Cathedralen Dioecesis Casinensis, eique ceteras omnes tum Sancti Germani, tum etiam aliorum locorum Casinensis Dioecesis Ecclesias, tamquam membra capiti, subiectas fuisse, & esse; Necnon antedicti Monasterii pro tempore Abbati competisse, & competere Jura quasi Episcopalia non modo in omnibus memoratis Ecclesiis, verum etiam in universo Clero, & Populo, & locis quibuscumque praedictae Dioecesis juxta memoratas Sixti, Urbani, ac Innocentii Praedecessorum Constitutiones, tenore praesentium statuimus, decernimus, & declaramus; & quatenus opus sit, & non alias praefatam Abbatialem Ecclesiam

Confirmatio relatae a licetatum Sixti V., Urbani VIII., & Innocentii XI. & eorum Decretum iudicium querelarum, & controversiarum Concilii Romani.

Declaratur praefatam Ecclesiam Abbatialem fuisse, & esse quasi Cathedralen Dioecesis Casinensis, eique ceteras omnes tum Sancti Germani, tum etiam aliorum locorum Casinensis Dioecesis Ecclesias, tamquam membra capiti, subiectas fuisse, & esse; Necnon antedicti Monasterii pro tempore Abbati competisse, & competere jura quasi Episcopalia.

clerum de novo quasi Cathedralis constitui-
mus, illique omnes, & singulas supradictas Ec-
clesias omnimode subijcimus, ac ipsius Abbatis
pro tempore existenti quasi Episcopalem in uni-
versas Ecclesias, Clerum, & Populum, & lo-
ca quaecumque universae Diocesis Casinensis Ju-
risdictionem etiam de novo in perpetuum con-
cedimus, attribuiamus, & assignamus, & pro
concessa, attributa, & assignata ab omnibus
haberi volumus, & mandamus. Quo vero ad
solemnem benedictionem Abbatum futurorum
ejusdem Casinensis Monasterii Decretum ante-
dicti nostri Concilii Romani, & legem a Nobis
inibi praescriptam servari volumus.

*Præcipitur
sub populo
pred. Civita-
te S. Germa-
ni, ne ampli-
us Abbatem
ejus predicti
molestare op-
teant.*

§.17. Ad hæc ut omnis ansa, atque fomen-
tum quibuscumque ulterioribus dissidiis, & con-
tentionibus præcidatur, Capitulo, & Canoni-
cis prædictæ Collegiæ Ecclesiæ, necnon reli-
quo Clero, Universitati, Hominibus, & Popu-
lo præfati Oppidi, seu Civitatis Sancti Germa-
ni, quoad peritiam, ac, ut præfertur, rejectam
Episcopatus, & Cathedralis erectionem, seu re-
stitutionem in eadem Collegiata Ecclesia Sancti
Germani, perpetuum silentium Apostolica au-
thoritate tenore præsentium imponimus, & im-
positum esse volumus: illis omnibus districtè
præcipientes, ac inhibentes, ne de cetero me-
moratos Abbatem, & Monachos super hujus-
modi præfata erectione, seu restitutione vexare,
inquietare, perturbare, ullave amplius
molestia afficere audeant, seu præsumant sub
pœnis nostro, & Romani Pontificis pro tempo-
re existentis arbitrio infligendis; ac ita perpetuis
futuris temporibus observari debere sancimus,
decernimus, & mandamus.

*Clausula
amplissima.*

§.18. Decernentes pariter easdem præsentibus
Litteras semper, & perpetuo validas, firmas,
& efficaces existere, & fore, suosque plena-
rios, & integros effectus sortiri, & obtinere
debere, ac nullo unquam tempore ex quocum-
que capite, vel qualibet causa, quantumvis legi-
tima, & juridica, etiam ex eo quod aliqua ex
præmissis, narratis, ac expositis non subsisterent,
& Capitulum, & Canonici dictæ Collegiæ Ec-
clesiæ S. Germani, & quicumque alii, cujuscum-
que gradus, & conditionis existant, in præmissis
omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet,
& ex quavis causa ratione, titulo, & occasio-
ne, jus, vel interesse habentes, seu habere præten-
dentes, illis non consenserint, aut ad ea vocati, &
auditi, & causæ, propter quas eadem præsentibus
emanarint, in Concistorio nostro, vel alibi,
vocatis vocandis, & prævis debitis tractatibus,
ac servatis, & adhibitis solemnitatibus, & aliis
de jure, vel consuetudine, vel juxta Constitu-
tiones, & Ordinationes Apostolicas, aut Ec-
clesiæ prædictæ statuta, privilegia, & indulta,
etiam confirmatione Apostolica, vel alia quavis
firmitate roborata, aut alias quomodolibet re-
quisitis, & in similibus necessariis examinata,
verificata, ac justificata non fuerint, de subrep-
tionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vicio,
vel intentionis nostræ, aut jus, vel interesse
habentium consensus, aut quolibet alio, quan-
tumvis magno, substantiali, inexcogitato, &
inexcogitabili, ac specificam, & individuum
mentionem, aut expressionem requirente defe-
ctu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eor-
umque aliquo solemnitate, & quavis alia de
jure servanda, & adimplenda, servata, & ad-

impleta non fuerint, aut ex quocumque alio
capite a jure, statuto, vel consuetudine aliqua
resultante, seu etiam enormis, enormissimæ,
totalisque læsionis, aut quocumque colore, præ-
textu, ratione, vel causa, etiam in corpore Ju-
ris clausa, & quantumvis iusta, rationabili, legi-
tima, juridica, pia, privilegiata, & tali quæ
ad effectum validitatis præmissorum necessario
exprimenda foret, aut quod de voluntate nos-
tra, & aliis superius expressis nullibi appareat,
nec alias probari possint, notari, impugnari,
invalidari, retractari, in Jus, vel controver-
siam revocari, aut ad terminos Juris reduci,
vel adversus illas restitutionis in integrum, aperi-
tionis oris, reductionis ad viam, & terminos
juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ reme-
dium impetrari, seu quomodolibet, etiam mo-
tu simili concessio, vel impetratio, aut emana-
to uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse,
neque ipsas præsentibus sub quibusvis similibus,
vel dissimilibus gratiarum, & dispositionum re-
vocationibus, suspensionibus, limitationibus,
modificationibus, derogationibus, aliisque
contrariis dispositionibus, etiam per nos, &
successores nostros Romanos Pontifices pro tempo-
re existentes, & Sedem Apostolicam prædi-
ctam, etiam motu, scientia, & potestatis ple-
nitudine similibus, etiam consistorialiter, ex
quibuslibet causis, & sub quibuslibet verborum
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausu-
lis, & decretis etiam in eis de eisdem præsentibus,
earumque toto tenore, ac data speciali
mentio fieret, pro tempore factis, & concessis,
ac faciendis, & concedendis comprehendendi, sed
tamquam ad majus bonum, & Ecclesiastica-
rum personarum prædictarum quietem, ac pa-
cem tendentes, semper, & omnino, ab illis
excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pri-
mum, & validissimum, ac eum in quo an-
tea quomodolibet erant, statum restitutas, re-
positas, & plenarie reintegratas, ac de novo
etiam sub quacumque posteriori data quocumque
eligenda concessas esse, & fore, & sicque, & non
aliter in præmissis omnibus, & singulis per quos-
cumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam
Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præ-
dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam
de Latere Legatos, aut Vice Legatos, dictæ-
que Sedis Nuncios, aut alios quoscumque qua-
vis auctoritate, potestate, prerogativa, &
privilegio fungentes, ac honore, & præeminen-
tia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet
quavis aliter judicandi, & interpretandi facul-
tate, & auctoritate, in quocumque Judicio, &
quocumque instantia judicari, & definiti de-
bere; & si secus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari, irritum, ac inane decernimus, &
declaramus.

§.19. Non obstantibus, quatenus opus sit
Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure
quæsito non tollendo, aliisque in contrarium
præmissorum quomodolibet editis, vel edendis
etiam in Synodalibus, Provincialibus, Univer-
salibusque Conciliis specialibus, vel Generalibus
aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-
stolicis, ac prædictarum Ecclesiarum, etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, eorumque
reformationibus, & novis additionibus, stylis,
usibus,

*Derogatio
specificæ.*

usibus, & consuetudinibus, etiam immemo-
rabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & litteris
Apostolicis, illis, earumque Superioribus, &
personis, ac locis quibuscumque, etiam specifi-
ca, & expressa, ac individua mentione dignis,
sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum
quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis,
aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis
clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in
genere, vel in specie, etiam motu pari, ac con-
sistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam ite-
ratis vicibus in contrarium præmissorum con-
cessis, approbatis, confirmatis, & innovatis,
etiam in eis caveatur expresse, quod illis per
quoscumque Litteras Apostolicas, etiam motu
simili, pro tempore concessas, & quascumque
etiam derogatoriis derogatorias in se con-
tinentes clausulas derogari non possit, neque
censeatur eis derogatum; Quibus omnibus, &
singulis, etiam de illis, eorumque totis teno-
ribus, specialis, specifica, expressa, & individua,
ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas
generales idem importantes mentio, seu quævis
alia expressio faciendæ, aut quæcumque alia
exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum
omnium, & singulorum tenores, formas, &
clausulas, etiam quantumvis prægnantes, pias,
& privilegiatas præsentibus pro plene, & suffi-
cienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus
omisso, insertis, expressis, & specificatis ha-
bentes, illis alias in suo robore permanens, ad
præmissorum omnium, & singulorum validissi-
mum effectum hac vice dumtaxat latissime, &
plenissime, ac sufficienter, necnon specialiter,
& expresse motu, scientia, & potestatis ple-
nitudine similibus harum serie derogamus, cete-
risque contrariis quibuscumque.

*Sinecristo
pænalit.*

§.20. Nulli ergo omnino hominum liceat no-
stram hanc paginam approbationis, confirma-
tionis, declarationis, subjectionis, mandati,
decreti, voluntatis, præcepti, & derogationis
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attentare præsumperit, indi-
gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit in-
cursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem Anno
Incarnationis Dominicæ Milleesimo septingentesi-
mo vigesimo quinto Pridie nonas Aug. Pontifi-
catus Nostri Anno Secundo.

LXXXIV.

*Dat. 13. Aug.
1725. An.*

Declaratur nulla Erectio Cornelii Berckman in
Archiepiscopum Ultrajectinum.

*Alia Const. hujus ed. 1725. Febr. 21. P. 1. declarata
fuit irrita electio Cornelii Steenoven in Archie-
piscopum etiam Ultrajectinum.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Dilecti Filii salutem, & Apostolicam
Benedictionem.*

Exordium.

N Ovis istic in dies per paucorum Clericorum
contumaciam erumpentibus scan dalis, no-
visque saluti vestre intentatis periculis, iterum
ad Vos Paterni doloris, & sollicitudinis voces,

gemitusque convertimus; ne remissior ad custo-
diendum gregem esse videatur vigilantia Pastro-
ris, quam diabolica malignitas ad perdendum.
Eo autem acriori sensu acerbitatis ruinam, cæ-
citatemque factiosorum dessemus ac detestamur,
quo pugnacius pergunt, non modo Apostolicis;
sed Divinis etiam animadversionibus oblectari.

§.1. Non enim vobis latet quidquid ad ever-
tenda, & emendanda pervertitatis exempla
contra sanam doctrinam, disciplinamque cano-
nicam istic suborta ediximus ac gessimus, irri-
tam præsertim Electionem, & sacrilegam Con-
secrationem Cornelii Steenoven declarantes, ac
rejecientes, eumque Ecclesiasticis censuris per
datas die vigesima prima mensis Februarii pro-
xime elapsi informa Brevis Litteras, ab omni ju-
risdictione arripienda, & Pontificalibus exercen-
dis prohibentes, ac deterrentes. Filiis tamen
dissensionis obturantibus aures suas, Deus terri-
bilis, & fortis, quem illi per Nos, licet im-
meritos, loquentem audire noluerunt, & quem
spreta nostra auctoritate, spreverunt, extendit
manum suam, ut errantes per ostensionem vir-
tutis suæ a viis pessimis revocaret; nam litteris no-
stris die decima septima mensis Martii apud vos
evulgatis, cum idem Cornelius in sua pervicacia
obfirmatus sacrilega manu Sacramentum
Confirmationis palam administrare, Ordinesque
conferre non formidasset, lethali morbo cor-
reptus, brevique consumptus ad tremendum
Christi iudicium, reddendamque tot malorum,
turbarumque rationem, die tertia mensis Aprilis
evocatus est. Eo quidem metu concussos
damnatæ factionis Clericos ad cor redituros spe-
rabamus; cum præsertim anni spatium nondum
exacto, tam antedictus Cornelius, quam Pres-
byter Jacobus Kriis, qui vehementior præ cæ-
teris auctor fuerat sacrilegæ consecrationis, & Lai-
cus Donkers, in cujus adibus illa peracta erat,
nullo edito salutaris poenitentia signis, in sua vere
damnabili inobedientia mortem obiissent.

§.2. Sed poenalis illorum cæcitas conceptam
a Nobis fiduciam eludit, & Domino etiam vif-
tante in virga iniquitates eorum, apposerunt
adhuc peccare ei. Et enim (quod non sine intimo
paterni cordis dolore nuper accepimus) eisdem
incredulitatis filia tot vere orthodoxis, Nobis-
que, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in unitate fidei
perferderatum Belgium obsequentibus dissi-
dentes, Lugduni Batavorum iterum convene-
runt, atque inani Canonicorum Ultrajectino-
rum titulo temere assumpto, die decima sexta
ejusdem Mensis Aprilis, Clericum suarum parti-
um suæque pertinaciæ consortem Cornelium,
Berckman Archiepiscopum Ultrajectinum pari
temeritate concilii ac iudicii pervertitate eligere
non erubuerunt.

§.3. Nos proinde adversus iteratam præpo-
steræ invalidæque Electionis audaciam Apostoli-
cæ auctoritatis officium renovantes, quemad-
modum per Superiores ad Vos litteras nostras
Electionem antedicti Pseudopiscopi Cornelii
Steenoven rejecimus, ita novam quoque Ele-
ctionem memorati Berckman eadem auctoritate
Apostolica rejecimus, irritamque, ac prorsus
nullam fuisse, & esse declaramus; eidemque
perperam, ac temere electo sub poena excom-
municationis lata sententiæ interdiximus, ne a
quocumque Episcopo, etiam si alias legitima au-
thoritate suffulto, Ordinem, seu Consecratio-
nem

*Alias ab hoc
Pontifice ele-
ctio, & con-
secratio Cor-
nelii Steeno-
ven. in Ar-
chiepiscopum
Ultrajectin.,
nulla declara-
ta fuit.*

*Refertur al-
tera Electio
Cornelii Ber-
ckman ad Ar-
chiepiscopatum
eundem, motu
Cornelii
Steenoven.*

*Quæ nulli
declatur.*